


Gym. 52.



De 1340¹⁴

Specimen

Introductionis in Notitiam
Pomeraniæ Svecicæ,

Hujus

FINES; STATUM PUBLICUM
& Ecclesiasticum & politicum;

Item,

DIVISIONES

Summatim representans.

GRYPHISWALDIÆ,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acad. Typogr.

Specimen
Introductionis in Notitiam
Pomeraniae Svecicae
Hujus
Fines; STATUM PUBLICUM
& Ecclesiasticum & politicum;
Item
Divisiones

Summaria referentur

GRATISWALDIA
TYPE DANIELS BENJAMINI STÄCKEL
Reg. Acad. Typogr.





X quo rerum patriarum, cum primis
 publicarum, studio curatius incubui, varia inspexi,
 legi, observavi, ratus, non abs re fore, ut illa,
 certè specialia satis, memoria causa in ordinem
 redigerem. Primam sibi curam posebat historia
 Pomeraniae, paulo distinctius & enucleatius dige-
 renda. Et cum de rebus, in patria post Pacem Westphalicam gestis,
 in univèrsam nil literis consignatum exstet, ipse mihi hanc historiam
 sumpsi delineandam quæ statum & Ecclesiasticum & Politicum. Hoc
 labore non ita pridem defunctus, id nunc ago, ut jus patriæ publicum,
 aut, si mavis, Notitiam Reip. nostræ, eorum exemplo, quæ Rerump.
 status (Staaten der Republik) describere integrum fuit,
 methodica completar tractatione. Cujus an pœnitendum mihi sit
 nec ne, cum peritorum constet judicio, id sequenti specimine exqui-
 rere visum fuit cum in modum, ut Pomeraniae nostræ 1. Fines;
 2. Habitus seu status publicus; 3. divisiones summatim ob oculos
 ponerentur. Hoc si specimine lectoris gratiam inire licuerit, meumq;
 ipsi institutum haut improbari animadverterim: totus in eo ero,
 ut integrum opus idiomate Germanico, præmissa Pomeraniae præ-
 fertim Svecicæ Historia, vel publico vel privato Fautorum con-
 spectui sisti queat. Sperare interea ausim, quòd initum à me
 methodicæ collectionis consilium rerum patriarum ignavis hinc
 cupidis, quorum non paucos novi, neque ingratum sit, neque inu-
 tile futurum. Id verò ipsemet facillè intelligo profiteorque, res
 patrias vel longo usu, vel destinato iis studio edoctos mea quali-
 cunque opera carere posse. Neque enim illorum à me habetur aut
 habebitur ratio, sed, ut dixi, imperitorum, quæ sua inscitia
 gravis, eaque se liberare volupe est; æque ac mihi ante fuit
 semperque erit.

A

I. De

I.

De Finibus Pomeraniæ Svecicæ.

§. I.

Quemadmodum prisca totius Pomeraniæ fines dudum coarctati sunt, avulsis inde non modo aliquot locis nunc Mecklenburgicis, sed integra etiam Pomerellia, Ukermarchia & Neomarchia, quæ olim omnes juris fuerunt Pomeranici: (a) ita & partium fines in Principum successionebus variæ immutarunt divisiones, quarum principaliores quinque, harum verò memorabiliores, quarta inter Philippi I. filios ao. 1569. (Vid. Fürstl. Erbtheilungs-Recess de ao. 1569.) & quinta, qua Pomerania occidentalis unà cum Rugia (b) S. Reg. Maj. & regno Svecicæ; orientalis Sereniss. Electori Brandenburgico cessit per Pac. Osnabrugg. art. 10.

§. II.

Hujus loci est, designare fines Pomeraniæ Svecicæ. Versus SEPTENTRIONEM pulsatur mari Balthico, dte Ost-See/(c) cujus quædam partes specialia ferunt nomina.

Prope

- (a) Vid. Micral. L. 6. Chron. p. 377. 378. Accuratiorem de Uckermarkia & Neomarchia, Pomeraniæ detractis, notitiam petas ex variis inter Electores Brandenburgicos & Duces Pomeraniæ pactioibus, quas nunc excutere neque vacat, neque licet. Vid. Micral. L. 3. Chron. p. 314. n. 13. p. 330. n. 27. p. 340. n. 34. p. 350. n. 38. p. 351. in fin. p. 359. n. 43.
- (b) Posthabita Abbatis Corvejenfis præfensione, qui, Rugiam ex donatione Imper. Lotharii I. de ao. DCCCLIV. Abbatie deberi, apud Sereniss. Elect. Brandenb. jactaverat. Vid. Pufend. de Reb. Brandenb.
- (c) Olim ob frequensem ibi balecum capturam Mare Harengicum, Heringe See i audisse notat Dn. Rango in not. ad diplomata Pomeran. p. 189.

Prope Sundam transitus in mare versus occasum dicitur der Zellen. Istud verò maris spatium inter Insulas Rugiam & Ruden, quod vi procellosæ tempestatis terras olim interjectas submersisse perhibetur, nautæ appellant das neue Zieff. Vid. Micræl. L. 1. Chr. p. 31. L. 3. p. 365. Angulus maris prope Jasmund à Belgarum nautis nuncupari sœvit *Ysere Peerdt*, *grote Bock op Jasmond*, i. e. magnus hircus in Jasmund, quem excipit alius minor iisdem *Ysere ren hoöft*, i. e. caput ferreum dictus, qui à priori uno millari distat. Jasmund verò & t Ysere Peerdt duobus millariibus distantur. *Atlas Major Part. V. fol. 126. edit. de ao. 1650.* Sunt & nonnulla maris loca, quæ suos habent trajectus, *Zehren*. (a) Cæterum hujus maris circa Pomeraniam nostram *dominium* (b) S. Regiæ Majestati Sveciæ, ut Duci Pomeraniæ, hoc æquius adscribitur, quò majorem illud territorii partem absorpsisse memorant Historici. Ita Micræl. L. 6. Chr. p. 379. *Endlich gieng es (Pommern) Nordwärts viel weiter in das Baltische Meer / welches aber allgemach um sich gefressen / und viel Landes durch unterschiedliche Wasser-Fluthen verderbet / auch die Insul Rügen kaum halb so groß gelassen hat / als sie vor Zeiten gewesen ist.* Adde quòd Imperator & Imperium Germanicum Sveciæ Pomeraniam occidentalem in instrumento Pacis Osnabrugensis art. 10. cesserit usque NB. IN mare Balticum.

A 2

§. III. Ver-

- (a) *Horum alii sunt immediate Principis; alii vicinarum urbium.*
 (b) *Superiori seculo tempore belli tricennalis prodiit scriptum, cui titulus: Mare Balticum, scil. an ad Reges Daniæ, an verò Poloniæ pertineat. Huic scripto oppositum est aliud sub titulo: Anti-Mare Balticum seu Recapitulatio Tractatus, cui Titulus: Mare Balticum. Adæ. Conring. de Fin. Imper. Germ. Cap. ult.*

§. III.

Verſus OCCIDENTEM Pomeraniæ Svecicæ jun-
guntur terræ Mecklenburgicæ, à quibus illam ad oſtium
fluvii Reckenitz dividi, vulgò fatiſ habetur dixiſſe cum
Micrælio *L. 6. Chr. p. 379. n. 2.* Scias, de limitibus Pome-
raniam inter & Mecklenburgum utriusque Principes
pactos eſſe in Recessu limitaneo Malchinensi de ao. 1591.
d. 26. Febr. ubi *initium* limitis ponitur in littore maris,
aufm Lehni-Ufer / ad latus ſiniſtrum idq; extremum terræ
Darcenſis. Hinc tractus limitaneus per inferiorem terræ
Darcenſis oram perque dextrorſus adjacentem lacum,
Binnen-See / deſcribitur uſque ad fluvium Reckenitz,
qui pro dimidia latitudinis parte Pomeranos inter &
Mecklenburgicos dividitur. Ulteriùs à fluvio Reckenitz
uſque ad fluvium Panim circa fluvium Trebel & Dem-
minum fines vel definiuntur, vel amicabili transactioni
ibidem committuntur. Reliquos verò limites ab urbe
Demmin non attingit dictus Recessus Malchinensis de
anno 1591. ſed de iis variæ lites & natæ ſunt & auctæ,
etiannum indeciſæ. Vulgò quidem limites à Demmino
per lacum, *Cunrowſche See* / linea obliqua duci videas
ad urbem Treptow, & abhinc cis vel ſupra urbem Fre-
deland. Terminum ad quem ſpecialiùs ſignari reperio
locum, cui nomen *die Wetterung* / prope lacum Galen-
beck, *die Galenbeckſche See.*

§. IV.

Verſus MERIDIEM Pomeraniæ noſtræ finitima eſt
Uckermarchia & Neomarchia. Hujus terminus à quo
reſpectu Pomeraniæ occidentalis in medietate Oderæ
inter oppidum Schweet & prædium Nieperweſe figur.
Hodie

Hodie quidem, cum Pomeraniæ Occidentalis seu Svecicæ terminus sit Odera, Neo-Marchia non tam illi, quàm Pomeraniæ Orientali confinis est. Quare nos non morantur lites de finibus Neomarchiam inter & Pomeraniam Transoderanam, quæ tota nunc Brandenburgica.

De tractu limitaneo inter Pomeraniam Occidentalem & Uckermarkiam duæ cum primis exstant Transactiones: *Königsbergensis* (inita in oppido Neomarchiæ Königsberg) de ao. 1493. & *Prentzloviensis* de ao. 1623. (a) Unde & exactis conventus Prentzloviensis apparet, fines inter Pomeraniam nostram & Uckermarkiam *incipere* prope lacum, die *Salenbeckische See* / & procurrere à pago *Neuen Sund* / per pagos *grossen Luckow* / *Brieske* / *Papendorff* / infra urbem *Pasewalck* per fluvium Ucker usque ad fluvium *Randow* supra castrum *Löekenitz*; & hinc trans fluvium *Randow*, (*Randowsche Brabe*) qui ex parte superiori efficit limitem exeuntem prope territorium oppidi *Swet*, ubi pons super amnem *Welse* die *Sweter Brücke*. (b)

§. V.

VERSUS ORIENTEM Pomeraniæ Svecicæ termina est Pomerania Brandenburgica. Hujus confinii *alius* fuit habitus ante pacem inter S. Regiam Majestatem Sveciæ & Sereniss. Electorem Brandenburgicum in Gallia ao. 1679. conclusam; *alius* post hanc pacem. Ante pacem de ao. 1679. Recessus Limitaneus Stetiniensis de ao. 1653. fines accuratè definivit quæ longitudinem & latitudinem. *Longitudini* tunc statuebatur & terminus à

A 3

quo,

(a) *Vid. Micral. L. 4. p. 147.*

(b) *Nostris mallent, hunc pontem destrui, cum inde metnani vectigali Gartzenfi. Sc.*

quo, pagus *Wendisch Mellen* & terminus ad quem, urbs *Cammin* unà cum adjacente terra usque *in mare*. *Latitudinis* descriptio majori constitit Dnn. Commissariorum diffensione & cura. Singula enim loca limitanea inspectionem ocularem subierunt, nominatim annotata in Recessus limitanei art. 23. Atque hæc loca Pomeraniæ Svecicæ Trans-Oderana placuit peculiari complecti districtu, cui inde nomen: *Der District jenseit der Oder*. Admonendi tamen heic sumus, Pomeraniæ Svecicæ non omnia loca Trans-Oderana accessisse per Pacem Westphalicam & Rec. Stetinensem de anno 1653. Excipias urbem *Greiffenhagen* & Commendam *Wildenbroock* (quò & pertinuit oppidum *Banen*.) Utramque jam ante Pacem Westphalicam possederunt Duces Pomeraniæ Occidentalis. Vid. *Jürstl. Erbtheilungs-Recess* de ao. 1569.

§. VI.

POST pacem de anno 1679. fines Pomeraniæ Svecicæ versus Brandenburgicam coarctati sunt. Loca enim Trans-Oderana, præter *Dam* & *Golnow*, Serenissimo Electori Brandenburgico dicta pace cessa leguntur, ea tamen lege, ut labens per Pomeraniam *Odera* in totum sit maneatq; S. Regiæ Majestatis Sveciæ, ut Ducis Pomeraniæ. Hæc finium immutatio litibus non caruit. Quibus componendis distinctis vicibus & locis insudatum fuit: I. anno 1684. *Dammi* & *Colbaci*. II. anno 1696. *Berolini*. III. anno 1698. *Holmiæ*. Perfecta hîc & ratificata est Transactio, quam insignire libuit *den Stockholmschen Haupt-Vergleich*. IV. anno 1699. *Berolini*. Quod nobis dedit Recessum dictum *der Berlinische Neben-Recess*. Ubi Serenissimus Elector Brandenburgicus, nunc S. Re-

S. Regia Majestas Boruffiæ, renunciavit omni præten-
fioni in fluvii Oderæ infulas, adjacentes lacus, ramos,
fylvasque cæduas Oder-Brüche. Prætereà ibi art. 6.
definit, quousque articuli Recessus limitanei de ao. 1653.
vel falvi, vel immutati, vel sublati ceneri debeant.

Adjiciendum hîc, exstare Barnimi X. (des Nestern)
Mandatum de anno 1558. in transgressores & violatores
finium inter Marchiam & Pomeraniam.

II.

De Statu Pomeraniæ Svecicæ publico, tum Ecclesiastico, tum politico summatim.

§. VII.

STatus Ecclesiasticus partim *immutatus* partim *emen-*
datus deprehenditur. Mutationes memorabilio-
res sunt sequentes.

I. Expiravit Pomeraniæ Occidentalis & Episcopatus
Camminensis, nunc secularifati, pristina, ut ita loqvar,
coñnexio. (a) Equidem Pomerania Svecica per Recessum

(a) *Distingue hic tempera ante & post Reformationem. Ante illam Epi-*
scopi Camminenses ultra territorium Episcopale (Stiftische Lande)
jurisdictionem Ecclesiasticam exercuerunt per universam ferè Pome-
raniam, exceptis locis Episcopi Sverinensis diœcesi subjectis. Post
Reformationem Principes Pomeraniæ jurisdictionem & disciplinam
Ecclesiasticam sibi sumpserunt administrandam per duo Consistoria,
duosque Superintendentes Generales. Primus Pomeraniæ citerioris
Superimendens Generalis post Reformationem fuit Jo. Kniepstraw,
cujus vitam nobis descriptam dedit Ejus, quem nunc veneramus, Suc-
cessor, D. Jo. Frid. Mayer, in Synodologia Pomeranica. Jus tamen
visitandi una cum Cancellariatu Academiæ Gryphiswaldensis mansit
Episco.

sum limitaneum de ao. 1653. sibi servavit communionem Capituli Camminensis unà cum prælaturis communioni annexis. Sed post pacem de ao. 1679. disceptatum fuit de hac communione & dispensatione prælaturarum. Utramque per memoratam pacem haut sublata esse, S. Regia Majestas Sueciæ præterdixit reluctante Serenissimo Electore Brandenburgico. Tandem in tractatu Holmensi, cujus ante mentionem fecimus in *Stockholmschen Haupt-Vergleich* / altissime memorata S. Reg. Majestas renunciavit prætensioni. Memineris præterea, Ecclesiam Marianam, quæ Sedini est, Gymnasiumque ibidem possedisse præbendas in Pomerania Orientali sitas, quas post pacem de ao. 1679. Sereniss. Elector Brandenb. occupavit, sed in dicto tractatu Holmensi quâ dominium utile restitutas.

II. Jus omne, quod olim Episcopo Rohtschildensi per Transactionem Kiloniensem competiit in Insula Rugia, abrogavit Pax Rohtschildensis & Hafniensis.

III. Commenda Wildenbrucensis Trans Oderana, *die Comptoren zu Wildenbrock* / (quam Transactiones Principum hereditariæ de ao. 1541. & 1569. Pomeraniæ Occidentali adscripserant) in statum secularem conversa post pacem de ao. 1679. Pomeraniæ Orientali accessit. Non verò dixerim, num ideò Magister Ordinis Johannotici Sonneburgensis, *der Herr Meister zu Sonneburg in der Neumarck* / omni solutus sit vinculo, quo per Transactionem de ao. 1547. utriusque Pomeraniæ Ducibus

Episcopo Camminensi. Notes porro, Episcopum Sverinensem suam jurisdictionem Ecclesiasticam nonnullis in Pomeraniæ locis, suosque inde reditus Pomeraniæ Ducibus cessisse pacto *Bützovien*si de ao. 1588. d. 21. Septembr.

cibus ad præstationem homagii & servitiorum se adstrinxit. *Vid. Micræl. L. 3. p. 548. L. 4. p. 76. & 160.*

IV. Jura utriusque Pomeraniæ Ducibus communia in vocatione Superintendentis Generalis, item quæ Ecclesiam Stetinensem Marianam & Academiam Gryphiswaldensem (vid. Fürstl. Erbtheilungs-Recess de ao. 1569.) in solidum S. Reg. Majest. Svec. attribuit Recessus limitaneus de ao. 1653. art. 26. Vicissim jus conferendi Præposituram Ecclesiæ Collegiatæ Colbergensis, quod ante Ducibus Pomeraniæ citerioris competierat, in Sereniss. Electorem Brandenburgicum transiit per d. Recess. art. 22. in fin.

V. Cancellariatus Academiae Gryphiswaldensis, qui ante pacem Westphalicam penes Episcopos Camminenses perpetuò fuit, collatus est generali Provinciæ Gubernatori. (4)

VI. Tres Præposituræ, Camminensis, Greiffenhagensis, Banensis, post pacem de ao. 1679. Pomeraniæ Svecicæ decesserunt.

VII. Stetinensis (sit venia verbo) Superintendententia post Jacobi Fabricii obitum ao. 1654. desit, nisi quòd Joachimus Fabricius, Jacobi gener, Vice Superintendentis titulum gesserit.

VIII. Consistorium Stetinensè, quod & post pacem Westphalicam aliquantisper duravit, unitum est cum Gryphiswaldensi.

B

EMEN-

(a) *Nisi quòd primus Academia Gryphiswaldensis post Pacem Westphalicam Cancellarius fuit Illustrissimus Comes Joh. Oxenstern, Axelii filius, S. Reg. Majestatis & regni Svecie Legatus in Germaniam, & S. Trib. Wismariensis Præses. Cujus ob absentiam Pro-Cancellarii perpetui munus sustinuit Dn. Nicodemus à Lillienströhm, Regii Regiminis & Dicafterii Præses, qui, quòd sciam, primus illustrium in Pomerania Svecorum sedes ibi fixit. Habuit & tunc Academiae Curatorem Dn. de Rhenrschiöld.*

EMENDATIONES Status Ecclesiastici con-
tingerunt. :

1. Publicatione Sanctionum Ecclesiasticarum, quarum
recensio ab instituto nunc nostro aliena foret.

2. Institutâ juxta normam Instructionis Regiæ de ao.
1655. Ecclesiarum Visitatione generali, ao. 1665. cœptâ
& abhinc continuatâ, ast nondum ubique peractâ.
Neque Synodus generalis habita est. (a)

3. Quâ Academiam Gryphiswaldensem post pacem
Westphalicam ter visitatam, (1) ao. 1653. (2) ao. 1666.
postquam ao. 1662. Pennalisimum profligaverat speciale
illustrissimi Cancellarii Wrangeli Edictum. (3) ao. 1699.
Sunt & ao. 1673. reditus Academiæ aucti per subsidium
charitativum 5000. thalerorum ex ærario provinciali
solvendorum, quorum usuras inde percipit.

4. Quâ Consistorium, de quo cautum, ut unum sit
Gryphiswaldiæ. *Borpommersche Regiments Form* de
ao. 1663. tit. XI. Mansit tamen Consistorium Sundense
urbanum, nonnisi intra mœnia in cives jurisdictionem
exercens. (b) Habet item Consistorium Gryphiswal-
dense Sedini suos Subdelegatos, ut Commissarios per-
petuos Ordinarios.

5. Quâ Pædagogium Stetinense, quod ao. 1667. induit
novum Gymnasii Carolini habitum.

6. Judæi eliminati. Hæc summo digito tetigisse suffi-
ciat. Plura dabit Historia Ecclesiastica Pomeraniæ Sve-
cicæ.

§. IX. Sta-

(a) *Synodus in Pomerania Occidentali postremum celebrata fuit anno 1593.*

Antegressus Synodos enumerat Dn. Colberg de jure indicendi Concilia §. 5.

(b) *Hoc jus Consistorii Sundensis stabilium der Fürstl. Erb. Vertraa mit
der Stadt Stralsund de ao. 1615. Lis illa de Appellationibus à Consistorio
Sundensi ad Gryphiswaldense nunc est in suspensio. V. s. d. Mev. P. 3. D. 114.*

§. IX.

Status Pomeraniæ Svecicæ *politicus* in universum no-
scendus venit, 1. Respectu Imperii Romano-Germanici.
2. Respectu Sveciæ. 3. Respectu terrarum Brandenbur-
gicarum. 4. Quà habitum nostram, ut feudum Im-
perii *hereditarium*, plenoq; jure statuum Imperii, Regno
Sveciæ Pace Osnabrüggenfi cessam esse. *Instr. Pac. art. 10.*
Hinc S. Reg. Majest. Sveciæ, ut Dux Pomeraniæ,

1. Habet jus voti & sessionis in Comitiis Imperii, quod
jus Regina Christina exercere cœpit ao. 1653. per Dn.
Fridericum Bohlium. (a) Vid. Pufendorff. Rer. Svec.
L. 25. §. 24. & 25.

2. Est ex numero Deputatorum Imperii. Quorum in
conventu unum toti Pomeraniæ competens votum sola
fert, communicato prius cum Sereniss. Electore Bran-
denburgico consilio. Vid. *Instr. Pac. Osn. d. art. 10.*

3. Est membrum Circuli Saxonici superioris. Cujus ad
conventum, ao. 1654. Lipsiæ habitum, ablegabatur supra
laudatus Dn. Bohlius. At conventui Lipsiensi de ao. 1663.
nullus interfuit nomine Illustrissimi Regiminis. Ad con-
ventum de ao. 1681. missus est Dn. de Hartmannsdorff.

4. Habet Privilegium de non appellando, (quod
omnem cujuscunque generis provocationem ad judicia
Imper. Germ. excludit. Vid. *Mev. in Prodromo Decis. S. Trib.*
ibi: Decimo Sexto.) item privilegium electionis fori & jus
erigendi Academiam. Vid. *Instr. P. Osn. d. art. 10.*

5. Petit ab Imperatore & Imperio investituram, quam
post irritas in aula Cæsarea disceptationes (Vid. *Repræ-*

B 2

sentatio

(a) Duo fuere Bohlii de Pomerania Svecica bene meriti iique coetanei,
Friderich Bohle, Cancellarius; Arend Bohle, Dicastri Director.

sentatio inter S. Caesar. Majestatem & S. Reg. Majestatem Suecia Actorum de negotio Investiturae super Provinciis Regiis in Germania. Stralsund. ao. 1662. in 4to.) in Comitii Ratisbonensibus ao. 1664. nomine S. Reg. Majestatis impetravit Phil. Christoph. de Lancken.

6. Fert onera Imperii juxta Matriculam Imperii, quæ toti Pomeraniæ pro uno mense Expeditionis Romanæ assignat zu Ross 34. zu Fuß 200. an Geld 1208. fl. Hujus summæ an dimidia pars an minor Pomeraniæ Svecicæ ferenda sit, hætenus indecisum. Neque vim legis habet, quòd in editione Matriculæ Gothana de ao. 1702. quantum Matriculare æqualiter dividatur inter Pomeraniam Svecicam & Brandenburgicam. *Vide Recess. limitaneum de ao. 1653. art. 36.*

§. X.

Pomeraniâ Svecicâ *intuitu Suecia* spectatâ, ipsis rerum argumentis edocemur, licet utraque communem habeat rectorem & communia plerumque fata, nihilominus Pomeraniam Svecicam in se à regno Sueciæ separatam esse. Jus quidem indigenatus Svecis in Pomerania Svecica, & Sveco-Pomeranis in Suecia, salvis tamen utriusque legibus fundamentalibus, reciprocè indulsit Resolut. Regia de ao. 1649. & de ao. 1669. Adde, quòd Sveco-Pomerani ratione commerciorum in Suecia quibusdam gaudeant prærogativis. *Vid. Resol. Regia. in pto. commerciorum de ao. 1664. & 1669.*

§. XI.

Respectu terrarum Brandenburgicarum varia de Pomerania nostra occurrunt scitu digna præter limitum rationes, de quibus supra §. 4. 5. 6. Illuc verò referas e. g.

I. Pactum confœderationis de pace publica, vom Land-Frieden.

II. Jus

II. Jus successione eventuales Sacrae Regiae Maj. Sveciae, ut Ducis Pomeraniae, in Pomeraniam Orientalem, Principatum Camminensem, Neo-Marchiam, inque terras Sternberg, Loeckenitz & Vierraden. Quod jus speciales conventiones, Recessui limetaneo Stetinensi de ao. 1653. annexae, firmarunt. *Vid. Representatio inter S. Caesar. Majest. & S. Reg. Majest. Sveciae Actorum de Negotio investiturae.*

III. Vectigalium ab incolis Pomeraniae Orientali Occidentali & vice versa solvendorum modus definitus est juxta observantiam sub emortuis Pomeraniae Ducibus. *Vid. omnino Berlinische Neben-Recess. de ao. 1699. art. 2.*

IV. Literae, quae ab illustriss. Regimine nostro vel ad illud in negotiis publicis per Pomeraniam Orientalem mittuntur, gratis transeunt, peculiari sacculo includenda. *Stockholmscher Haupt-Bergleich de ao. 1698. art. 2.*

V. Nostri habent jus liberae navigationis per Oderam & Wartham. *Vide Recess. limit. Stetinensem de ao. 1653. art. 31. ubi & aboletur Sereniss. Electoris Brandenburgici Joh. Georgii edictum prohibitorium de an. 1572. quo omne commerciorum ac negotiationis exercitium terra & fluminibus ex Marchiacis ditionibus Stetinum versus vetatur.* Ista vero Francofurtensium cum Stetinensibus de libera, quam illi sibimet asserunt, navigatione per Oderam in mare Balthicum *die freye Fahrt die Oder hinab in die See* / (*Vid. Micrael. L. 3. P. 2. p. 587. seqq.*) arbitrorum decisioni committitur in *Stockholmschen Haupt-Bergleich* / art. 1.

§. XII.

Cum habitu Pomeraniae nostrae *interno* in universum ita comparatum est, ut ipsa superioritas S. Regiae Majest.

Sveciæ; administratio autem, ob Regis absentiam, illustrissimo Regimini competat, prævia cum Statibus Provincialibus deliberatione secundum privilegia communia, (*Land-Privilegien* /) (a) & Reip. constitutionem sub Regimine Svecico vel noviter ordinatam vel instauratam. Cujus historiam cursim attingam.

§. XIII.

Facile intelligitur, tricennalis belli turbas etiam patriæ statum publicum variè conturbasse. (b) Cui ut, post pacem Westphalicam, incluti Pomeraniæ nostræ Ordines

- (a) *Discerne Adeltiche / Städtische / Land-Privilegien. Hec vel vetustiora (die alten Land-Privilegien) Ottonis III. Wratislai X. Bogislai X vel recentiora de ao. 1560. (die neue Land-Privilegien) que debemus Barnimo, dem Aeltern / & Philippo I. Confirmata sunt tum ab Imperatoribus, tum à Ducibus, tum à S. Regia Majest. Sveciæ ao. 1663. in actu Homagiali bey der ersten Schwedischen Landes-Huldigung. Tunc enim Privilegia, ante Holmiam ao. 1649. in Originali transmissa & ibidem confirmata, Statibus Provincialibus in tribus exemplaribus communicabatur.*
- (b) *Status Pomeraniæ publicus post fata Bogislai XIV. tempore belli tricennalis, quod sciam, ter ordinatus fuit: initio à Statibus Provincialibus, & deinceps bis à S. Reg. Majestate Regina Christina. Status Provinciales decreto Comitatu ao. 1637. mense Majo inter se convenerunt, ut Regalium, que ipsius Principis consensum requirerent, administratio suspenderetur, de cætero Officiales in Ecclesiasticis, Politicis, Oeconomicis munera sua continuarent. Huic decreto cum acriter resistere Sereniss. Elector Brandenb. plerique duorum officialium consiliis putabant, ne munera obirent sua. Hinc Reg. Majestas Sveciæ res Pomeraniæ disponi curavit: 1. ao. 1638. Ubi suprema directio & gubernatio generalis, post obitum Stenonis Bielcki, fuit penes Joh. Bannerium, cui adjugebantur Joh. Lillhög, Vice Gubernator Pomeraniæ Orientalis; & Axel Lillie, Vice Gubernator Pomeraniæ Occidentalis. 2. ao. 1641.*
- post

nes medelam quærent, Deputatos (c) ad aulam Holmenſem ſolemniter ablegabant. Quamvis verò Reſolutionem Regiam de ao. 1649. impetraverant Deputati, placuit tamen S. Regiæ Majeſtati, ut juſta provinciæ ordinatio demandaretur Regiæ Commiſſioni, cœptæ ao. 1650. & abhinc continuatæ, ſed interruptæ tum per abdicationem Sereniſſimæ Regiæ Chriſtinæ, (cui præfeſturæ domaniales, Fürſt. ſtemer cedebantur,) tum per ingruens ao. 1655. bellum Polonicum. Paulò ante tamen Deputati Provinciales Holmiæ obtinuerant Reſolutionem Regiam de ao. 1655. d. 1. Martii. Bello Polonico per Pacem Olivenſem ao. 1660. confecto, ad ſupplicationem Deputatorum Provincialium, Holmiam ao. 1660. miſſorum, Commiſſio Regia Wolgaſti ao. 1663. inſtaurabatur durabatque à d. 9. April. uſq; ad d. 11. Septembr. publicato Commiſſionis Receſſu. Ubi verò quædam ipſius S. Regiæ Majeſtatis deciſioni relinquebantur. Hæc demum ao. 1669. (evocatis ao. 1668. Holmiam Deputatis Provincialibus) ſecuta fuit, promulgato ibi Viſitationis Receſſu de ao. 1669. Quem Reſolutio Regia, Deputatis Provincialibus data, declaravit, de Feudis inſuper diſponens. Poſt hæc, ut in Receſſibus Commiſſionum & Reſolutionibus Regiis cauta executioni darentur, Comitia provincialia Wolgaſti ao. 1669. menſe Octobri, Novembri, Decembri habebantur, publicato in vim legis publi-

poſt mortem Bannerii ſub directione Job. Oxenſtern. Efformabatur tunc Conſilium Status conſtans Gubernatore Generali, duobus Vice-Gubernatoribus & Conſiliariis Status, Aſſiſtentz Råhten.

(c) *Fuère: Erdmann Ernt Ludwig, L. Baro de Putbus, Marx Eichſtedt, Conſiliarius Provincialis. Doct. Friedericus Runge, tunc Syndicus Steinenſis. Chriſtoph. Sturiz, Syndicus Gryphiswaldenſis.*

publicæ Recessu Comitiali. Quibus ita compositis, quò minus Pomerania nostra valido aliàs legum auxilio gaudere diu potuerit, effecere diffidia inter S. Reg. Majestatem Sveciæ & Sereniss. Electorem Brandenburgicum ao. 1674. coorta, quæ & sequenti anno Illos bello commiserunt. Pace verò in Gallia ao. 1679. conclusa, ad S. Regiam Majestatem, in Sckania degentem, Deputati Provinciales ablegabantur, ut, præter gratulationem nomine Pacis, valde afflictis Patriæ rebus quærerent remedia. Neque defuit ipsis clementissima Resolutio Regia de ao. 1679. pleraque tamen Deputatorum desideria remittens ad Commissionem Regiam, quæ denuò ao. 1680. 1681. res Patriæ ordinavit tum variis Resolutionibus seorsim variis Universitatibus subinde datis, tum maximè publicato ao. 1681. d. 17. Aprilis Recessu Visitationis. Accessit mense Septembri S. Regiæ Majestatis confirmatio per literas Regias patentes de ao. 1681. d. 10. Sept.

§. XIV.

Status *militaris* duplex est, ordinarius & extraordinarius. Ille pro diverso temporum habitu variavit. Antea non nisi duabus constabat legionibus pedestribus (*zweyen Regimentern zu Fuß*) quibus ao. 1690. accesserunt duæ, pedestris & equestris. *Hic* (extraordinarius) complectitur milites ao. 1698. missos, sed ao. sequenti ob motus *Holfaticos* denuò conscriptos, & hætenus ob bellum *Moscoviticum* & *Polonicum* retentos.

Leges ad hunc Statum pertinentes sunt: (1) *Jhr. Königl. Majest. Placat wegen Verhaltung dero Milice in Pommern.* (2) *Service Ordonnance* de ao. 1681. (3) *Stand- und Quartiers-Ordonnance für die Cavallerie.* Quoad
Justen-

sustentationem militiæ distinguas illam, quæ ordinariè & perpetuò præfidiis & defensionì provincie destinata est, ab ea quæ tempore belli vel alio necessitatis casu provinciam intrat. Prior, quoad tribus legionibus pedestribus constat, *hactenus* & quæ inhospitationem (*Obdach* und *Lagerstatt*) & quæ salgamum (*servicen*) sustentatur à solis urbibus. Legionis autem equestris (*des Cavallerie Regiments*) sustentatio commune est totius Provincie onus. *Posterior*, qua ratione distribuenda sit & alenda, Illustr. Regiminis decreto & Statuum conventionem definiri sivevit.

§. XVII.

Quoad *rem judicariam* discernendæ veniunt causæ directæ & principaliter publicæ à privatis. *Ille* subsunt Illustriss. Regiminis decisioni. Vid. omnino *Regierungs Cancellery-Ordnung* tit. 1. ubi & determinatum habes, quousque locus sit Appellationi ab Illustriss. Regiminis decretis. Vid. §. *Solte jemand durch der Regierung ic. He* (causæ privatæ litigiosæ) regulariter Illustriss. Regiminis cognitionem non subeunt. Excipe 1. *Politey Sachen*. 2. causas feudales, (e.g. si agitur de successione vel amissione feudi) 3. causas Statuum Provincialium inter se, utut statum publicum principaliter non contingant. *Regierungs Cancellery-Ordnung* art. 3. 4. Causas Præfectorum ut talium. 5. Causas Inspectorum Vestigalium ratione administrationis. *Resol. Regia in pro commerciorum de an. 1669*. Præter hasce causas exceptas Illustriss. Regimen non exercet jurisdictionem propriè sic dictam & contentiosam, quæ salva & illibata mansit manetq; iudicis. (a) De competentia autem fori in prima instantia duas

C

tene

(a) Vid. *Ordin. Dicast. P. 2. t. 5. §. 2. Arv. P. 3. D. 149.*

tene regulas. *Prima*: Quibusdam in casibus exceptis causæ statim per modum simplicis querelæ spectant ad S. Trib. Wismariense, puta iis in casibus, quibus summorum in Imperio Germ. judiciorum jurisdictio in prima instantia fundatur. Vid. Ord. S. Trib. Wism. P. 2. tit. 1. §. 2. Quinam verò isti sint casus, repetas ex doctrina juris Publici Germ. (a) *Secunda* regula: Ordinariè causæ litigiosæ in prima instantia pertinent ad judicia provincialia. Ubi interest, an causæ sint Ecclesiasticæ, de quibus cognoscit Consistorium, an verò seculares; Quæ vel fiscales, ad Dicasterium immediatè deferendæ, (vid. Recess. Visit. Dicaster. §. 23.) vel privatæ. Harum intuitu ineunda est ratio reorum seu judicialiter conveniendorum. Aut enim sunt ruricolæ, aut incolæ urbium. Utroq; in casu quisnam regulariter sit Judex in prima instantia, praxis quotidiana ignorare non sinit. Processus coram Dicasterio, etiam in causis de Jure communi ordinariis, est summarius, nisi partes malint ordinarium. Vid. d. Recess. §. 53. Suprema jurisdictio est penes S. Trib. Wismar. à quo ulterius provocare non licet. Vid. Præfat. Ord. S. Trib. De foro in causâ ipsius Principis cum subditis, Vid. Land-Privilegium. *Add. Ordin. Dic. P. 2. t. 1. §. 5. 6. 7.*

§. XVI.

Quantum ad *res fisci*, *Reditus publici* vel ad ærarium (Land Kassen) spectant, scilicet pleræque contributiones, (vid. Land-Kassens Ordnung de ao. 1669.) vel ad Cameram, Königl. Cammer. Posterioris generis reditus aut immediatè inferuntur Camerae, aut apud Quæstores. (Rent-Meister) *Sumptus publici* vel ordinarii sunt vel extraordinarii. Utrosq; designat Camera. Hinc *der so genandte Staat/der*

(a) Vid. D. Coccej. *Jur. P. cap. 32.*

der moderirte Ordinair; und der Extraordinair Staat. Hinc & *Contributiones* vel extraordinariæ vel ordinariæ. *Illæ* plerumque in duas dividi solent dimidias, quarum unam urbes eorumq; prædia, alteram prædia Nobilium & Præfecturarum sibi recipiunt. Unde nomen habet die Dimidie der Steuern. *Hæ* (contributiones ordinariæ) sunt *partim* 1. communes & urbibus & ruri, e.g. die Tribunals, Wolff-Steur; id quod solvitur pro charta sigillata, Stempel-Papier / *partim* 2. propriæ urbibus e.g. die Accise und Consumption-Steuer / (Prior dudum viguit, posteriorem invexit Resolut. Regia de ao. 1698.) der Städte Derebade Gelder; *partim* 3. propriæ ruri, die Quartal-Steuer / ab ao. 1674. Die 14. Rithr. Steur von der Hufe per Resolut. Reg. de ao. 1698.; die Septima-Steur. *Modus* contribuendi Statuum Provincialium arbitrio relinquitur. Frequentior est der Häuser und Hufen modus. Hujus in modi sublevationem hucusque adhibetur der Neben-Modus, qui indicitur denen Un-poffessionirten in Städten und auffin platten Lande. *Vectigalia* distinguuntur in See-Licenten (vid. Instrum. P. Osnabr. art. 10. §. 13.) & Land-Zölle / vid. Licent-Ordnung & Licent-Taxa. Resol. Regia in pto. commerciorum de ao. 1664. & de ao. 1669.

§. XVII.

De rebus commercii ne nihil dicatur, admonendi sumus, quòd præsens status variè distet à veteri. Causa non una. Res, quæ exportantur, sunt præprimis: frumentum, (Hordei exportationem vetus Pomeraniæ consuetudo prohibet vid. Mev. P. 2. D. 316.) lana, lignum. Exportationem auri & argenti infecti seu non signati vetat spe-

ciale Illustrissimi Regiminis Edictum de ao. 1681. *Postæ* sunt provinciales (Land-Posten) sub directione supremi Postarum Præfecti Holmensis. *Posta Imperialis* (Käyserl. Reichs-Post) hisce in terris non datur. *Posta maritima* in Scaniam die Fahrt nach Schonen mit der Ustedschen Post-Jagt demum ao. 1681 cœpit. Ponderum, mensurarum, monetæ non ubivis locorum par est ratio, quamvis de facienda adæquatione dudum sit cautum in Recessu Provinciali de ao. 1669.

De genio, virtutibus & navis Pomeranorum vid. Micræl. L. 6. Chr. n. 25.

III.

De Divisionibus Pomeraniæ Svecicæ.

§. XVII.

Dividitur Pomerania Svecica 1. Physicè. 2. Quà statum Ecclesiasticum. 3. Quà statum politicum. **PHYSICE** in littora maris, flumina, lacus, (Vid. Micræl. L. 6. Chr. p. 381. n. 4) & terram. Fluminum præcipua sunt: Odera, & Panis regionem oblique interfecans, quæ hinc varios habet trajectus Zehren/ e. g. die Jarmer/ Sütkowsche/ Stolpsche/ Anclamsche/ Zehr. Reditus inde percipiuntur domaniales, locati trajicientibus. *Lacus* exstantiores sunt: 1. Das Pfaffen-Wasser bey Stettin 2. Das frische Haß. (a) 3. Das Lassansche oder Nehter-Wasser; qui lacus, æque ac oppidum Lassahn, est pertinens præfecturæ Wolgastensis, quæ inde reditus

(a) *Haß est vox Svecica Haaf/ Haß vel Haßwell quæ mare vel lacum denotat observavit J. Ludolphi in der Schaubühne der Welt Vol. 1. ad ann. 1627. fol. 357.*

tus piscationum percipit curâ des Paffanschen Kiepers.
 Das frische Haff itidem spectat ad domania. Olim erat
 in communione utriusque Pomeraniæ Ducum. At nunc
 totus est Pomeraniæ Svecicæ. Exstat Ordinatio, die
 Haff-Ordnung / de ao. 1569. &, ni fallor, de ao. 1681;
 Reditus præstant die Zesener von ihren Zese-Kahnen. Sunt
 & tamen freye Zese-Kahnen.

Terra dividitur in urbes, bene multas, (a) & rus; das
 platte Land. Usus discriminis practicus sese prodit 1. in-
 tuitu juris Lubecensis, quod in urbibus, excepto Sedino,
 receptum est, in pagis non item, (b) 2. in pto contribu-
 tionis. (Vid. supr. §. 16.) 3. ratione status Oeconomici.
 Sic e. g. jus braxandi die Brauerey zum feilen Kauff ru-
 ricolis non competit, nisi doceant titulatum quasi pos-
 sessionem ab ao. 1627. Plura vide in der Vor-Pommer-
 schen Policey-Ordnung cap. 23. Vom Unterscheid der
 Stände und der ihnen zustehenden Nahrung.

Reich

§. XLX.

URBES, citra respectum foederis Anseatici, sunt vel
 Provinciales, Land-Städte / vel præfecturales, Ambt-
 Städte. Ille suo arbitrio Magistratum sibi constituunt;
 habentq; jus voti & sessionis in Comitibus provincialibus.

C 3

Quo

- (a) *Ill. Mev. in Delineat. MSC. status Pomeran. cap. 25. annotavit, daß in diesem Lande der Städte ziemlich viel / dargegen die Occasion und Bequemlichkeit zur Bürgerlichen Nahrung gering sey.*
- (b) *Vid. Mev. in quaest. pralim. ad jus Lub. ii. P. 3. D. 165. Apud Micralium L. 6. Chr. p. 551. legitur: Sie / (die Städte) gebrauchen mannicherley Rechte; und wie die Fürsten und Lehn-Leute das Kayserrecht; die auf den Dörffern aber gemeiniglich Schwerinisch Recht haben: also gille bey ihnen an etlichen Dertern Lübisch / an etlichen Sächsisch; oder Weichbilden Recht. Juris Sverineusis fragmentum exhibet D. Tornow. in pæfat. tract. de Feudis Mecklenburgicis.*

Quo respectu *aliae* Vorsitzende Städte: Stralsund / (cui est directorium in Collegio Civitatum) Stettin/ Greiffswald/ Anclam; *aliae* nachsitzende Städte: Demmin/ Wolgast/ Bahrtz. *Hæ*, urbes Præfecturales, Ambt-Städte/ spectant ad domania Principis, qui hinc iudicem ibi constituit. Neque habent hæ urbes jus voti & sessionis comitialis. Hujus generis oppida quondam non pauca fuerunt, hodie autem sunt: Lissan, (a) Gützkow, Jarm.

Pertinentiæ urbium sunt suburbia, (vid. Mev. P. 3. D. 165.) item agri civitatum, die Stadt-Felder/ qui num in posterum in matricula peculiarem in censum venire debeant, lis est pendens coram S. Tribunali Wismariensi. Ab hisce agris differunt prædia civitatum die Städtische Ländereyen / de quibus infra.

Incolæ urbium differunt trifariam. *Alii* (1) Einlieger/ die bey andern Leuten einliegen e.g. die Tagelöhner. Ad excubias tenentur, non item ad contributiones reales, quæ afficiunt ædes, quas illi non habent. *Alii* (2) Cives pressè sic dicti Bürger/ quorum questui pretium, ut vocant, legale statuit die Tax und Victual-Ordnung. Sunt verò in certos ordines (Stände) certasque societates vel collegia (Compagnien, Gilden/ Zünfte) descripti. De collegiis opificum Vid. Policey-Ordnung cap. 23. Illos, qui sunt extra tribus, quive Frey-Meister dicuntur, recipit Illustriss. Regimen. Recess. Commiss. de anno 1663. Cave ne hîc provoces ad Mev. P. I. D. 55. Quæ decisio prior est d. Recessu Commissionis. Mercatoribus, aliena pecu-

(a) Lissanum peculiare quondam habuit Dynastas, Herren von Lissan / quorum præminentiam vel inde colligas, quod Sundenfibz dederint privilegium immunitatis à telonio de no. 1875.

pecunia negotiari, mit frembden Gelde zu handeln/ non licet. Vid. Resolutio Dni. Commissariorum in clyto Ordini Equestrī data de ao. 1681. d. 30. Martii. Novelli cives, quoties juramentum civium, den Bürger-Eyd/ præstant, Principi simul ad fidem & subjectionem semet adstringere tenentur. Land-Tags Abscheid zu Stettin de ao. 1616. Alii (3) incolæ in specie sic dicti extra numerum civium. De quibus Recess. Commiss. de ao. 1663. sub discrimine statuit, an sint Officiales Regii, nec ne. Vid. d. Recess. ibi: Dors dritte/ daß die Königl. Bediente und Officier ic. & ibi: zum zehenden ist ratione jurisdictionis & onerum wegen der Königl. Bedienten. Add. Mev. P. 3. D. 130. Jus Lub. P. 1. t. 2. art. 2. Sunt nonnulli incolarum, qui loco contributionum ex pacto solvunt annum canonem, recognition. Vid. Mev. P. 6. D. 293. Advena gaudent beneficio celerioris processus vulgò Gast-Gericht. Vid. Mev. ad jus Lub. Contributiones non ferunt, nisi negotientur vel questui studeant. Land-Tags Abscheid zu Wolgast de ao. 1627.

Jura urbium sunt vel singulis propria, quæ hic recensere non attinet, vel communia, e. g. 1. Jus jurisdictionis (a) 2. Jus exigendi datias seu accisias, Stadt-Zulagen/ (vid. Mev. P. 7. D. 158.) 3. Jus detractionis (vid. Mev. P. 7. D. 28.) 4. Jus bonorum vacantium (b) (vid. Mev. P. 3. D. 101.)

Onera civitatum specialia sunt. e. g. Onus excubi-
arum, onus reficiendorum murorum Recess. Provinc. passim.
De onere der Paß-Zuhren vid. Rec. Commiss. d. ao. 1663.

§. XIX.

- (a) Memoratu dignum, quod Sedini jurisdictio urbana pro dimidia parte (das halbe Gericht) Principis fuerit, sed civitati anno 1660. in solidum cessa.
(b) Anclamum ao. 1681. à Regiis Commissariis sibi impetravit jus bonorum vacantium.

Jus Ho-
keln
censur

§. XX.

RUS complectitur 1. vias. 2. sylvas. 3. prædia. *Via* vel sunt *publica*, Land- und Heer-Strassen / de quibus vide Illustriss. Regiminis Edictum de ao. 1708. (Facit & huc die Fuhr-Ordnung de ao. 1681.) vel *privata* Dorff-Strassen / quarum proprietas separata est à jurisdictione. Hanc quis habet, etsi destituatur illa, & vice versa. Vid. D. Stryck. de Feud. Pomeranicis cap. 5. §. 50. p. 126.

Sylva itidem vel *publica* & domaniales königliche Holzungen / ubi tamen nonnulli privatorum pro annuo canone habent jus lignandi (Vid. Renovirte Hent/ Holz/ Jagt- und Mast-Ordnung de ao. 1708.) vel *privata*, quarum domini partim sunt urbes partim prædiorum proprietarii. Vid. Mev. P. 6. D. 28. Curam sylvarum publicarum gerit supremus Rei Venatoriæ Præfectus. (a) Jus venandi in sylvis publicis est Principis. In privatis venantur earum domini, nisi quòd in quarundam urbium sylvis Principi competat die Vorjagt. Vid. cit. Ordin. tit. 9. Policey-Ordnung. cap. 20.

Prædia ruralia dantur tripartita: 1. Prædia domanialia Fürstliche nunc königliche Nembter. 2. Prædia Nobilium. 3. Prædia civitatum Städtische Ländereyen. 4. *kur* in *Hand* *Land*

§. XXI.

Prædia domanialia vel antiquitus talia vel ex prædiis monasteriorum ruralium, Feld-Klöster / redacta fuerunt. (b) Vid. Micræl. L. 6. Chr. p. 423. n. 29. seqq. Utraq; antea partim Regina Christina, partim privati possederunt.

Illæ

- (a) Ante pacem de ao. 1679. duo fuere supremi Rei Venatoriæ Præfecti. Anno 1684. placuit S. Reg. Maj. ut modo unus in posterum esset.
- (b) Hinc illud Krackewitzii: Das Evangelium sey nicht als eta Pracher in Pommern gekommen. Vid. Gram. P. Kirth. Hist. L. 2. c. 46. f. 118.

*Edictum
S. Greg.*

Illæ post obitum Reginae anno 1689. ad S. Reg. Maj. redierunt. *Hæc* revocavit Reductio, anno 1692. cœpta & nunc finita diverso tamen exitu. Sunt autem hæc prædia in certas distributa præfecturas, *Neuter* / quarum administratio est penes Præfectos, olim *Haupt-Männer* / nunc *Ant-Männer* sub directione & inspectione Dn. Præfecti arcium des *Herrn Schloß-Hauptmanns*.

§. XXII.

Prædia Nobilium partim sunt *allodialia*, qualia e. gr. possident Nobiles, qui à civitate Sundenfi prædia sibi compararunt, (a) partim *feudalia*. Horum agri *vel Bauer-Hufen* contributionibus obnoxii, ita tamen, ut quas singuli rustici de suis agris debent, sint propria ipsorum non verò dominorum onera per dec. S. Trib. Wisn. ap. Mev. P. 8. D. 469. *vel Ritter-Hufen* / (*vid. infr. §. 26.*) quorum nomine ad servitia feudalia Nobiles pro numero der *Ritter-Hufen* tenentur, ita, ut qui 10. possidet, unum sistat equitem equumq; feudalem. *Confirmatio Regia de anno 1682. Resolutionis Commissariorum de ao. 1681.* Hinc designatio die *Lehn-Rolle* de anno 1688. *Sumptus* servitiorum, *Sutter und Mahl* / fert Princeps. (*Vid. Land-Privilegien & d. Confirmat. Reg.*) *Investitura* fit, æquè ac de jure communi, in casu succedentis vel Principis, vel novi Vassalli. Priori in casu peragitur conjunctim in loco Regiminis prævia citatione an die *Geschlechte*. Pecunia, ob investituram debita, est : 1. Die *Lehn-Taxa* für den *Lehn-Brieff* selbst / (*vid. Regierungs-Cancellen-Ordnung art. 6.*) 2. Das Geld für den *Muth-Zettel*. 3. Honorarium, quod debetur Dn. Cancellario.

D

Succes-

(a) *Facit huc Resolutio Dnn. Commissariorum de anno 1681. data der unter der Stadt Stralsund Jurisdiction belegenen Landbegüterten Ritterschafft.*

Successio in feudis nostris per Resolut. Regiam de ao. 1669, hac in parte anno 1682. confirmatam, id habet singulare, quòd in feudis, ut Erb- und Lehn-concessis, succedant ultimi Vasalli filia. Quantum ad *debita*, praxis commonstrat, etiam ad allodialia ex necessitate contracta, nothwendige Erbschulden / ex feudis Pomeranicis, deficiente vel non sufficiente allodio, feudi successores teneri. Ubi tamen ratione prioritatis in concursu refert, an debita sint hypothecaria, nec ne. *Vid. Dn. Mer. in Decisionibus passim.* Nec minus refert, an debita in se sint feudalia, (e. gr. versa in utilitatem feudi) num vero in se allodialia, quæ etsi hypothecaria & tempore priora sint, tamen illis, licet non hypothecariis & posterioribus, postponi facile puto, constat. *Subfeuda, Aßterlehne* / in Pomerania nostra, quod constet, non dantur præter Putbussiana. Plura de jure feudorum nostrorum, vide in Privilegiis Nobilium seu Constitutione Wollinensi de anno 1569. Recess. Provinc. de ao. 1581. 1585. inq̄ Recessu Wolgastensi de ao. 1606. Conclusa autem de feudis Pomeranicis Stetinensia, quæ Ducis Stetinensis Francisci Consiliarii compilarunt, & causam dederunt der Hinter-Pommerschen Lehn-Constitution, in Pomerania Svecica legis autoritate carent. *Recess. Prov. Anclam. de anno 1633.*

§. XXIII.

Prædia civitatum, Städtische Pändereyen / dicuntur bifariam. Alia enim sunt in dominio totius Civitatis vel Universitatis civicæ. Alia in dominio privatorum, sed quæ jurisdictionem & contributiones urbibus accensentur. Prioris generis prædia redditus præstant toti civitati. Oppignoratio & alienatio fit cum consensu Illustrissimi Regiminis.

§. XXIV. Hæc

§. XXIV.

Hæc de partibus ruris & prædiorum varietate,
Noscere præterea attinet.

I. *Ruris nostri qualitatem.* Sat est fertile aptumque rei
pecuariæ. Vid. *Micræl. L. 6. Chron. p. 397. n. 13.* Neq̄ tamen
caret locis arenosis (*Micræl. l. c.*) agris desertis, montibus,
quos inter eminent die Kreid-Berge auf Jasmund. (a)

II. *Ruris, quas fert alitq̄, opes, nempe* I. lignum, cujus
in Rugia quidem exigua, sed eò major in Pomerania est
copia, Bau-Brenn- und Nuß-Holz. II. Frumentum
omnis generis (*Micræl. l. c.*) III. Feræ (*Micræl. l. c. n. 10.*)
IV. animalia omnis generis, Zug-Horn- und Klein Vieh.
Capreas & hircos, sylvis perquam noxia animalia, præter
quosdam sanitatis ergo, alere vetat. Renovirte Heyd-
Holz-Jagt- und Mast-Ordn. tit. 8. V. Fructus arborei,
Obst / item Eichen / Buch-Mast / Honig-Buten. *Micræl.*
l. c. n. 11. & 14. Vini campestris hodie ferax non est Pome-
rania nostra. Vid. tamen *Micræl. l. c. n. 15.* Neque ibi nunc
noscentur Metallifodinæ. Olim prope-Gryphiswaldiam
fuerunt salinæ Salz-Wellen. Vid. *Micræl. d. L. 6. p. 572.*
& 401. n. 16. in fin.

III. *Oeconomiam ruralem, qua se commendant nostri*
quoad agriculturam & pecuariam Vieh-Zucht / quò cum-
primis pertinet faginato Mastung / (vid. cit. *Ordinatio tit. 8.*
von Mast /) & oviaria, Schäfferey / quam habere non licet
nisi quatuor mansos, vier Hufen-Saadigen Aefers / possi-
denti. *Mew. P. I. D. 28.* Intelligentur autem Hacken-Hufen /

D. *Stryck de Feud. Pomer. cap. 5. p. 120.* Venditio frumenti alio-

(a) Sunt ibi prope litus meridiem versus, Süden Jasmund / quindecim
Scopuli cretacei (Dever-Klippen /) quorum singuli distinguntur
fontis ibi salientis rivo.

Contrari
um rife
in netis
Ostropi
et in lora
Sci f.

rumque proventuum arbitrio ruricularum permittitur, utiq; intra provinciam. *Policey-Ordnung cap. 16. & cap. 23.* ibi: Dahingegen aber soll auch allen und jeden. Neque domini prædiorum cogere possunt subditos, ut sibi vendant. *Mev. P. 2. D. 279.* Extra provinciam divendere iis non licet. *Policey Ordn. d. cap. 23.* ibi: Welchem nach denn ausser Städten. Excipitur ibi casus, wann die in Städten über einen gewissen Preys der Waaren sich vergleichen.

magis. für Schloß
 IV. *Statum & conditionem ruricularum.* Sunt (1) *Nobiles*, quorum alii Schloß-Gesessene / quondam seorsim investiti & immediatè coram Dicafterio conveniendi. Vid. *Micrel. L. 6. Chr. n. 43.* alii *Nobiles* speciatim sic dicti, qui tamen ratione fori *olim* distinguebantur in Land-Bogtzen- und Amts-Gesessene.

Sunt (2) *Plebeji*, qui quoad genus vitæ *vel* mercenarii (vid. *Gesinde- Tagelöhner- Baur- und Schäffer- Ordnung. Tax- und Victual- Ordnung de ao. 1681. tit. 30.*) *vel* separatam habent œconomiam. *Quoad Statum* dantur 1. freye Leute. 2. Unterthanen. Prioris generis sunt Pensionarii, die freye Bauern / die Handwerker auffm platten Lande. Neq; tamen promiscuè opifices ruri habitare permittit *Policey Ordn. cap. 23.* Posterioris generis *Agricolæ*, (Unterthanen, leibeigene Bauern) censentur jure hominum propriorum. Non sunt domini feudorum & instrumentorum, der Baur-Höfe / Aecker un Hoffwehre / quorum proprietas est penes dominum prædii Grund-Herren / der die Bauern absetzen kan. Vid. *Hinter-Pörscherische Land- Ordn.* Hisce tamen hominibus non licet migrare absq; consensu domini, qui, aufugiente rustico, habet jus & propria auctoritate persequendi & judicialiter vindicandi, vid. *Gesinde-*

finde. Tagelöhner. Baur. und Schaffer. Ordnung t. 2. § 4.
Mev. vom Zustand und Abforderung der Bauern.

§. XXV.

Haecenus de divisione Pomeraniae nostrae physica. (vid. supr. §. 18.)
 Quae *Statum Ecclesiasticum* dividitur in praeposituras, quae habent leges
 Praepositurarum & Statuta Synodalia. Utraque constitutio post pacem
 Westphalicam, facta aliquali mutatione, bis recusa ao. 1666. & 1699.
 sed posterius per errorem juxta veterem editionem. Jus vocandi Prae-
 positos est Principis. Land. Tagg. Abschied zu Wolgast 1614. Singulae
 praepositurae complectuntur Ecclesias & urbanas, & rusticas, quarum
 Pastoribus loco salarii juxta matriculam (a), debetur pecunia Dyffer-
 Geld/ & missalium, Meß. Korn/ vid. Constitutio von Kirchen. Schul-
 den. Jus patronatus & vocandi hosce Pastores partim privatorum est,
 partim Principis in domaniis Königl. Aemptern. Facit huc Rescriptum
 Regium de ao. 1695. Wie es mit den vacant gewordenen Pastoren in
 den Königl. Aemptern und sonst gehalten werden solle.

§. XXVI.

Quae *Statum Politicum* duae occurrunt divisiones. *Primo* respectu
 contributionis Pomerania nostra distinguitur in mansos, Hufen / quo-
 rum alii *Steurfreye* / alii *Steurbahre Hufen*. Prioris generis sunt :
 publicae, Kirchen. Schul. Häuser / Pfarr. Hufen / Ritter. Hufen / die
 solche qualität ab anno 1600. gehabt. Recess. Commiss. de ao. 1681.
 Mansi contributionibus obnoxii, *Steurbahre Hufen* / quae universum
 Pomeraniae nostrae ambitum, ab ao. 1681. dividuntur in 5000. redu-
 cirte Hufen / qui mansi sic dicuntur, eo quod in natura, ut ajunt, plures
 quidem sint sed per aversionem ad istum numerum reducti, ita ut is
 complectatur & urbium aedes in specie dictas Erben / (diversi tamen
 generis, sunt enim ganze / halbe Erben / ic.) & agros rurales, qui spe-
 ciatim vocantur Hufen triplicis generis. Heger. Hufen von 60. Mor-
 gen / Land. Hufen von 30. Morgen / Hacken. Hufen von 15. Morgen.
 Alia ratione distinguntur in wüste und besetzte Hufen. Haec regionis
 in 5000. Hufen distributio est imperfecta & temporaria. Hinc accurat-
 ior & constans ineunda venit per matriculam, cujus confectio ab
 ao. 1703, peracta ante agrimensura, incubuit Regia Commissio Matri-
 cularis.

§. XXVII.

(a) Kirchen. Matricul. vid. Mev. P. 4. D. 107. Recess. Commiss. de ao. 1681.

Alter Pomeraniæ Svecicæ divisio politica est, qua distingvitur in districtus diversos tamen à Pomeraniæ citerioris districtibus ante Pacem Westphalicam. Vid. *Micrael. L. 6. Chr. n. 22. p. 409. & 410.*

Chartæ vacuum supplere lubet adscribendo ordinem, quo Historiam Pomeraniæ Svecicæ idiomate Germanico delineavi.

Integrum Opusculum constat.

I. Præmissio nexu Historiæ Pomeraniæ in universum ante Pacem Westphalicam.

II. Ipsa Pomeraniæ Svecicæ Historia.

Et *ECCLESIASTICA*, quæ mutationes ac emendationes Status Ecclesiastici persequitur;

Et *POLITICA* duabus distincta periodis.

Prima comprehendit res ante pacem inter S. Regiam Majest. Sveciæ & Sereniss. Electorem Brandenburgicum de ao. 1679. gestas, quæ ad septem revocantur capita potiora, qvalia sunt:

- 1.) Die Anno 1649. nach Stockholm abgefertigte solenne Landes-Deputation.
- 2.) Die reglirung der Grenzen / und verschiedene Special-Verträge zwischen dem Königl. Schwedischen und Chur-Brandenburgischen Pommern.
- 3.) Die allererst Anno 1654. geschene Leich-Verstättigung des letzten Hochseel. Pommerschen Herzogs.
- 4.) Die Begebenheiten in ansehung des Käyfers und des teutschen Reichs.
- 5.) Die zweymahlte Krieges-Unruhe.
- 6.) Die Einrichtung des Landes im Regiments / Justiz, Militair; und Commerciens-Wesen.
- 7.) Die Merckwürdigkeiten von den Königlischen Aemptern / so der Königin Christinâ eingeräumet worden.

Secunda complectitur res post pacem de ao. 1679. memoratu dignas, quæ referuntur partim ad ipsius Reip. ordinationem, partim ad negotia incidentia & transitoria.

Ng 1592 8

ULB Halle 3
001 597 71X




TA-OL

WDA

MC







De 1340¹⁴

Specimen
Introductionis in Notitiam
Pomeraniæ Svecicæ,
Hujus
FINES; STATUM PUBLICUM
& Ecclesiasticum & politicum;
Item
DIVISIONES
Summatim representans.

GRYPHISWALDIÆ,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acad. Typogr.

